

art.13. Et cum res sit grauis, videntur peccata
re mortaliter Prælati, dictam auctoritatem
sine causa negantes, intelligentes, quod ex
huiusmodi negatione anime suorum subdi-
ctorum dispendium patientur. Vnde Religio-
sus penitens cui oportet non reuelare in Cō-
fessione Sacramentali sua peccata reseruata
Superiori presenti, propter maximum peri-
culum, quod ex tali reuelatione resultat, no-
lente ipso concedere licentiam, ut cum alio
confiteatur, potest cum contritione licite ce-
lebrare ad evitandum scandalum, prout te-
net Victoria in Sum. fol. 146. cum in hoc ca-
su careat copia Confessoris. Quod est intel-
ligendum nullo alio Confessore praesente.
Nam si est presens Confessor, tenetur confi-
teri de alijs peccatis mortalibus antequam
ad celebrationem accedat, iuxta decretum
Concilij Tridentini Sess. 14. cap. 7. qui Con-
fessor direkte absoluat eum à peccatis mor-
talibus, & indirekte à reseruatis, ratione quo-
rum soli non habet copiam Confessoris, & iu-
dicatur ac si esset absens à Superiori. Quod
intelligitur, quando peccata reseruata non
habent annexam excommunicationem. Si
enonciatur annexam excommunicationem,